Dobrzanskich Coniugum Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premisliensibus Nobiles Mattheus
Dobrzanski ab una et Mariana Lucka de Nobilis Les Lucki Popowicz Filia
ab altera Partibus Coniuges Legitimi Mariti quidem sola praesens Coniuge vero cum
consensu Mariti sui et Tutoris Coniugalis assistentia et ultroneo consensu sani mentis
eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniugalis assistentia et ultroneo consensu sani men:
tibus et corporibus existentes a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentisque vero Jurisdictioni Castren[si] Capitaneali
Premisliensi quoad Actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac
expresse recognoverunt quilibet illorum feminae suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi omnium quorumvis bonorum suorum hereditariorum obligatoriorum Mobilium
Immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum Necnon auri argenti pecorum
pecudum Equorum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in
Post habendae Mutuam advitalitatem et usumfructum ad extre:
mam vitam utriusque sui tempora inscripserunt et concesserunt
prout praesentes inscribunt et concedunt tali sidelicet modo quod
si prius praefatum Nobilem Dobrzanski Maritum quam praedictam Coniugem eius mori contin:
gerit extunc praefata Coniux sua bona quaevis omnia morte Mariti sui derelicta cum omni
eorundem bonorum iure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis eorum utilitatibus
fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis
eorum quibusvis universis Nullis exceptis tenebit habebit et possidebit illisque
pacifice et quiete utifruetur ad extremam durationem vitae suae tem:
pora post mortem vero eiusdem Mortualem Coniugis suae bona quaevis omnia
Morte praedicti Mariti derelicta ad successores eiusdem Mariti sui sine quovis
impedimento et contradictione successorum praefatae Coniugis suae totaliter et
plenarie redibunt et devolventur. Similiter quoque si prius praefata
Nobilis Mariana Coniux sua de hac luce decesserit extunc praedictus
Maritus suus bona quaevis omnia morte Coniugis suae relicta cum omnibus quo:
rundam bonorum utilitatibus et attinentiis tenebit habebit possi:
debit illisque utifruetur ad ultimum vitae suae diem. Post
Mortem vero eius Bona praefata quaevis omnia per Coniugem suam dere:
licta ad successores eiusdem Coniugis sine contradictione successorum
Mariti praedicti devolvi debebunt. Prout super praesenti recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Slezanowska R: Stramszewicz et Fredrowie Intercisiam Roborant

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premisliensibus
Generosa Anna Slezanowska de Generosi Joannis Slezanowski Consorte
relicta et Admodum Reverendus Stanislaus Stramszewicz Praepositus

Moscicensis

Moscicensis Secretarius Sacrae Regiae Maiestatis ab una et Generosi Ge:
germani et Joannes Fredro atque Martinus Fredro ... Terrae
Premisliensis de Pleszowicze Fredrowie ab altera Partibus sani mentibus
et corporibus existentes a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni
Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum praesentem attinet se
cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiciendo palam libere publice ac expresse recognoverunt
quilibet illorum feminae suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
se ac successores et successoribus suis bonisque suis quibusvis omnibus summisque pecuniariis
quibusvis habitis et habendis mutuo et vicissim una pars alteri ac vicissim
utriusque Partis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter
se recognitam Reverendo Stanislao Stramszewicz et Fredrowie in eadem contentam
de Actu et data eiusdem hic Premisliae feria sexta minima Fe:
ria sexta post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martiris
proxime Anno praesenti confectam Manibus Recognoscentium subscriptam et sigillatam
in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus Punctis clausulis
articulis Vadio ligamentis ac nexibus quibusvis universis firmiter tenere
complere et exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et sin:
gulis illis contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatamque
Intercisam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praedictam
Intercisam inscriptam in toto referendo idque sub vadio Novem
Millium Florenorum pecuniae polonicae per partem Parti cum successoribus utriusque
Partis obnon complementum praesentis contentorum Intercisae
praedictae tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbent. Pro quoquidem vadio modo praemisso
ad solvendum succumbent ac pro realique executione contentorum Intercisae
praedictae non completa complenda citata etiam Pars una prae:
missa non tenens sine eius successoribus ad instantiam Partis alterius
praemissa tenentis sine eius Posteriorum ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense extunc necessario subiicere quoad respondendum
praecedente mediante termino in Primis citationis Termino tanquam
peremptorio stare sive parere respondere Vadium praedictum sol:
vere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debe:
bit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem
Terminum prout peremptorium et alios omnes consequentes
Causae eiusdem Terminos prout peremptorios Terrae in Armitate
prout maiori minorentate fidelitatem Legere intra relevantia
Regnum servitio militari ad munimentum ad Evictionem
de aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedi:
mentis renuntiando offerendo ad Executionem ultra praesentis Sonoribus
officii praefati Castrensis Premisliensis Actibus Villarum Subditos recipiendo.